Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31664
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

a bene patratio patrum. Genitores autem
a gignendo dicti, et parentes quasi parientes.
Idem et creatores. Crementum enim est semen mas
culi, unde et animalium et hominum corpora
concipiuntur. Hinc creatores parentes dicuntur.
Mater dicitur quod exinde efficiatur aliquid. Mater enim
quasi materia, nam causa pater est. Pater familias
autem dictus, quod omnibus in familia sua positis
servis tamquam pater filiis parili (vel patria) dilectione
consulit. Servorum conditionem a filiorum affectu
non discernit, sed quasi unum membrum amplectitur.
Hinc enim exortum est nomen patris familias. Qui autem
inique dominantur in servis, hoc se nomine nequaquam
reputent appellari. Mater familias inde
vocatur, quia per quandam iuris solemnitatem in fa
miliam transit mariti. Tabulae enim matrimo
niales, instrumenta emptionis suae sunt. Alias sic matrona
est mater primi pueri, id est quasi mater nati.
Unde et mater familias illa est quae plures enixa
est. Nam familia ex duobus esse incipit. Avus
patris pater est, ab aevo dictus, id est ab antiquitate.
Proavus avi pater est, quasi prope avum. Abavus pro
avi pater est, iam longe ab avo. Atavus abavi
pater. Tritavus atavi pater, quasi tetravus.
Id est quartus super avum. Sed tritavus ultimum cog
nationis nomen est. Familia enim orta a patre
terminatur in tritavo. Filius et filia a familia dicti
sunt. Ipsi enim primi in ordine nascentium existunt.
Unde et Cornelia familia stirpis ipsa omnis
a Cornelio orta. Familia autem a femore. Per
femur enim genus et stirpis ostenditur. Nam fami
lia per servis abusive non proprie dicitur. Stirps ex
longa generis significatione vocatur. Gnatus
dictus quasi generatus, unde et per g. scribitur. Gene
ris soboles eo quod sub stirpio sit generi.
Quadripertitus autem ordo filiorum, ita: unigeni
tus, primogenitus ante quem nullus. Medius
inter omnes. Novissimus post omnes, id est et minimus
a monade. Novissimus autem propter quod novus

medius novissimus. Unigenitus quasi unicus est quod non sit ante nec post ullus. Primogenitus

qua ceteris precedendo antiquiores existunt.
Quattuor autem modis filii appellantur: natura,
imitatione, adoptione, doctrina. Natura
velut cum dicuntur filii sunt Abrahae Iudei. Imi
tatione, ut ipsi Abrahae fidem imitantes
ex gentibus dicente evangelio: Potens est Deus
de lapidibus istis suscitare filios Abrahae;
vel ut sicut eosdem Iudeos dominus filios esse dicit
diaboli, a quo non nati sunt, sed quem fuerant imitati.
Adoptione quoque, quod humana consuetudine
nulli licet nescire; vel sicut nos deo non natura
sed adoptione dicimus: Pater noster qui es in celis.
Doctrina sicut apostolus filios suos appellat eos
quibus evangelium predicavit. Filii autem ideo in legibus
liberi appellantur, ut isto vocabulo secer
nant a servis. Quia sicut servus est in potestate
domini, sic filius in potestate est patris. Inde et
filio fit emancipatio, ut sit liber a patre,
sicut fit servo manumissio, ut sit liberatus
a domino. Item liberi dicti quia ex libero matri
monio orti. Nam filii ex libero et ancilla
servilis conditionis sunt. Semper enim qui nascitur
deterioris parentis statum sumit. Naturales
autem dicuntur ingenuarum concubinarum filii, quos
sola natura genuit, non honestas coniugii. Idem
et pueri a pube. Adoptivus filius est qui aut
patre iusto aut avo aut proavo, cuius potes
tate per emancipationem est traditur in alienam
potestatem transit, qui utique fert nomen ut Fabi
Emilii vel Scipio Paulinus. Gemini sunt non duo
tantum simul nati, sed et plures. Degemini
autem uno abortivo. Alter qui legitime natus
fuerit non sic nominatur. Postumus vocatur eo quod
post humationem patris nascitur, id est post obitum iste
et defuncti nomen accepit. Sic enim lex voluit
ut qui a defuncto nascitur defuncti nomine ap
pelletur. Nothus dicitur qui de patre nobili et de
matre ignobili gignitur, sicut ex concubina.
Est autem nomen grecum et in latinitate deficit. Hunc